

nostra imperiali maiestate, eo quod sepius statuta maiorum mutantur per successiones temporum, nisi firma traditione stabiliantur. — —

: Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatoris (M.) invictissimi.: (S. spec.)

: Arnoldus vice Adilberdi archicancellarii et archiepiscopi recognovi.: (S.J.)

Data VII. kal. mai anno dominice incarnationis millesimo C XII, indictione I, anno XIII, ordinationis domni Henrici V. regis Romanorum, regni autem eius VI, imperii vero eius II; actum est Monasterii; in nomine domini amen. 5

35.

*Kaiser Heinrich V. schenkt dem Bisthum Bamberg das Schloß Albwinistein. — Zeuge: Graf Hermann von Winzenburg. Münster, 1112 April 27.* 10

*Hdschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München (2 Exemplare A und B, wohl von derselben Hand). Beide Siegel gut erhalten = Heffner III. 29.*

*Gedr.: Monum. boica 29a, 230 und 31a, 385. Stumpf 3086.*

(C.) : In nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus et quintus rex.: | Noverit omnium sanctę dei 15  
 ecclesię fidelium nostrorumque universitas presentium scilicet ac futurorum, quod pro remedio anime patris nostri beate memorię Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti ac pro salute nostra nec non ob fidele servitium Ottonis Babinbergensis episcopi<sup>a</sup>), ob interventum quoque principum nostrorum videlicet<sup>b</sup>) Adilberti<sup>c</sup>) Maguntiensis<sup>d</sup>), Brunonis Treuerensis, Friderici Coloniensis archiepiscoporum, Burchardi Traiectensis, Burchardi | 20  
 Monasteriensis, Godescalci Mindensis, Godescalci Osenburgensis, Mazonis Virdensis<sup>e</sup>), Erlungi<sup>f</sup>) Wirzeburgensis, Vdalrici Constantiensis<sup>g</sup>) episcoporum, Friderici ducis de Sueuia<sup>h</sup>), Hermanni<sup>i</sup>) marchionis de Badun<sup>k</sup>), Hermanni<sup>i</sup>) comitis de Winzenburg<sup>l</sup>), Beringeri comitis de Sulzbach, Godefridi comitis de Kalewa, Friderici comitis de Arnisberg et aliorum nostrorum fidelium castrum, quod Albwinistein<sup>m</sup>) dicitur, et villam subtus 25  
 sitam in pago Nortgowe in comitatu Ottonis<sup>n</sup>) sancto Petro apostolorum principi et sancto Georgio martyri inclito sanctę Babinbergensis ecclesię patronis

A.

B.

per manum Richwini nostri advocati de Lindaha in manum Engilhardi sine omnium contra-  
 liberi hominis de Lvdunbach predictę ecclesię tradendum sine omnium dictione tradidimus 30  
 contradictione tradidimus, stabilivimus et corroboravimus. — — et confirmavimus. — —

Hi sunt testes, qui per aurem Bauuarico more tracti viderunt et audierunt<sup>o</sup>). Otto comes Raddisponę<sup>p</sup>), Herimannus comes, Friderich de Amertal, Friderich de Bettendorph,

35. a) Babenbergensis venerabilis episcopi. b) videlicet fehlt B. c) Adelberti B. d) mogontiensis B. e) uirdunensis B. f) erlungi B. g) Nach Constantiensis bei B: Mazonis uirdunensis episcoporum. 35  
 h) sweuia B. i) heremanni B. k) badun B. Nach badun: Baldewini comitis flandrensis B, fehlt A. l) winzeburg B. m) albwinistein B. n) in pago Nortgowe in comitatu Ottonis fehlt B. Dafür sub castro sitam B. o) bauuarico more per aurem tracti Otto comes B statt qui — audierunt A. p) radisponę B.